

ma Librorum est varia pro Librorum Juris Varietate. Compendium *Institutionum Iustinianearum* elegans præmittitur in *Corpore Juris Gothofredi*. Sed cum ordinem titulorum legumque servet, Legum potius in *Institutionibus*, quam ipsarum *Institutionum Summa* dici debet, *Digesta & Codicem* separatis *Aphorismis* egregiè contraxit *Arnoldus Corvinus V. CL.* Jus Novissimum seu *Novellarum* in unum collectum est per *Gudelinum*. *Institutiones Juris Canonici* confectæ primum à *Lancelloto* privato studio, à cujus morte, accedente approbatione publica, insertæ sunt *Corpori Canonico*. Extant & *Institutiones Juris Canonici M. Antonii Cucchi & Aphorismi I. Canonici* ejusdem *Arnold. Corvini*. *Institutiones Juris Feudalis* dedit omnium optimè *Herm. Vultejus*, quas ipsas iterum sub finem in brevissimam *Synopsin* contraxit. Desiderantur adhuc *Institutiones Juris Casarei*, seu *Compendium Reces-
sum*